

die Aufhebung u. seit 1805 ist die Kirche sammt Gebäude dem Priesterseminar gewidmet. (Joannis: Rerum Moguntiac. II, 845. Wagner — Schneider II, 10—14. Archivalisches im Staatsarchive Darmstadt.)

11. Nov.

169. Presentium baiulus nostro in conuentu ordiinis fratrum predicatorum in Moguntia in die s. Martini episcopi et confessoris comparuit anno domini 1501, quo debitum carnis soluit Johannes Kertzenmacher sacerdos et frater Johannes Ausen conuersus eiusdem ordinis; vestris oracionibus animas eorum et animas defunctorum ac viuorum comendamus et orabimus pro vestris.

Die Dominicaner kamen um 1234 nach Mainz; ein neues Klostergebäude wurde aber erst 1251 gebaut; Arnold Walpodo (gest. 1268) unterstützte den Bau bedeutend. Erzbischof Friedrich Karl v. Mainz verwandelte mit Zustimmung der Dominikaner ihr Kloster in Mainz in ein Priester-Eremitenhaus; 1793 brannten Kirche u. Klostergebäude ab. Im Nekrologe der einstigen Dominikaner zu Mainz (erwähnt in Gall. christ. V, 557), handschriftlich im Archive des Mainzer Invalidenhauses, kommen mehrere Personen mit dem Namen: Kertzenmacher vor, doch kein Priester Johannes K. (Archiv f. hess. Gesch. VI, 200. Wagner — Schneider 49—55.)

(Fortsetzung folgt im nächsten Hefte.)

Eine bischöfliche Reformcommission im Kloster Lambach im Jahre 1377.

(Mittheil. v. P. Augustin Rabensteiner, aus Stift Lambach.)

Die Regierungsperiode des Abtes Ulrich II von Lambach (1368—1395/6) war durch innere und äussere Verhältnisse stark getrübt. Er hatte einerseits die zerrütteten Vermögensverhältnisse — ein Erbstück seiner Vorgänger — in Ordnung zu bringen, die Güter des Klosters gegen habgierige Nachbarn zu vertheidigen und die verlorenen wieder zu gewinnen; andererseits aber brach ein gewaltiger Zwist aus zwischen ihm und einigen Mönchen seines Conventes. Der Grund war, dass der Abt zu wenig für Nahrung, Kleidung und andere leiblichen Bedürfnisse sorgte. Dazu mag den Abt wohl die gedrückte finanzielle Lage des Klosters gezwungen haben. Auch waren die Mönche zur damaligen Zeit nicht so sehr auf die Versorgung von Seite des Klosters angewiesen, da sie aus ihren eigenen Gütern Reuenen bezogen. Die Mönche aber, die aus dem Adel stammten und die bequeme und freie Lebensweise, an die sie von Haus aus gewohnt waren, auch im Kloster fortsetzten, liessen sich eine Einschränkung nicht gefallen und lehnten sich, gestützt auf mächtige Gönner, gegen ihren Abt auf. Sie arteten schliesslich derart aus, dass sich der um das Wohl der Klöster seiner Diöcese besorgte Bischof Albert III von Passau veranlasst sah, dagegen einzuschreiten. Er ernannte daher in einem Schreiben dd. Wien 24. Feb. 1377 den geschäftstüchtigen

und erprobten Abt Nicolaus I von Garsten und den Pfarrer Johannes von Gmunden, zugleich Decan von Lambach, zu seinen Commissären, und beauftragte sie, sich sogleich nach Lambach zu begeben, um Frieden und Einigkeit zwischen Abt und Convent wieder herzustellen. Sie kamen in der ersten oder zweiten Woche des Monats März nach Lambach und hielten mit Beiziehung zweier Aehte und mehrerer Welt- und Ordenspriester eine Commission ab. Das Resultat derselben war ein sehr günstiges, indem Abt und Convent ihre Angelegenheiten den Commissären überliessen und sich mit dem einverstanden erklärten, was sie anordnen würden. Die Verordnungen, welche die Commission dem Abte und Convent gab, sind noch in einem Notariatsinstrumente, das im Stiftsarchive aufbewahrt wird, erhalten und sind zum erstenmale in den nachfolgenden Zeilen abgedruckt.

Dieses Notariatsinstrument ist auf Pergament geschrieben. Es ist 55 cm breit und (ohne die 44 mm hohe Plikatur) 36 cm hoch. Die mittlere Längenfalte ist nahezu auseinander gerissen und der Text an den Bruchstellen schadhafte. Von den 7 ursprünglichen an Pergamentstreifen befestigten Siegeln ist nur das vorletzte vorhanden. Die Rückseite enthält die Aufschrift von einer Hand des 15. Jahrhunderts: »Quedam concordia facta inter abbatem Vlricum 2 m et fratres monasterii Lambacensis anno domini 1377.« Eine Abschrift enthält der Codex 12 des Stiftsarchives auf Seite 143—149 von der Hand des P. Ildephons Prandtner († 1733). Die eingeklammerten Stellen sind nach dieser Abschrift ergänzt.

* * *

Nicolaus¹⁾ miseracione divina abbas monasterii Gerstensis et Johannes²⁾ plebanus in Gmundna³⁾ commissarii reverendi in Christo patris et domini domini Alberti⁴⁾ ecclesie Pataviensis venerabilis episcopi super inquisicione et correccione facienda circa abbatem et fratres monasterii Lambacensis universis et singulis, ad quos presentes pervenerint, sincere dileccionis et obsequiorum quorumlibet pronitatem. Commissionis autem memorate tenor sequitur in hec verba: Albertus dei et apostolice sedis gracia episcopus Pataviensis venerabili et dilectis nobis in Christo

¹⁾ Nicolaus I Abt von Garsten (1365—1398) aus dem Geschlechte der Herren v. Venk. Vergl.: Friess, Gesch. des Benedictinerstiftes Garsten in Oberösterreich in den „Studien“ 1881, II. Jahrg. 1. Bd. pg. 21.

²⁾ Pfarrer Johannes (de Batavia) von Gmunden wird zuerst beurkundet am 6. Nov. 1371 und zuletzt am 20. Mai 1385. Vergl.: Urkundenbuch des Landes ob der Enns VIII. 553 und VII. 658.

³⁾ Gmunden in Oberösterreich.

⁴⁾ Albert III Bischof von Passau (1363—1380) aus dem österr. Adelsgeschlechte der Freiherrn von Winkel. Vergl.: Schrödl, Passavia sacra, Passau, 1879, pg. 254.

Nicolao abbati monasterii in Gersten ordinis sancti Benedicti et Johanni rectori parochialis ecclesie in Gmunden ad presens decano Lambacensi nostre dyocesis, salutem in domina et debitam diligenciam in subscriptis. Et si affatim cunctos nobis subiectos in pacis tranquillitate et caritate mutua optemus vivere, precipue tamen religiosos vitam ducentes monasticam in unione vere fraternitatis stare volumus et desideramus sane. Cum inter venerabilem in Christo abbatem monasterii Lambacensis ordinis et dyocesis huiusmodi et quosdam de conventu iam dicti sui monasterii Lambacensis parte ex altera satore cunctorum malorum procurante gravis et intolerabilis dissensionis materia sit suborta, sed quia inquisicioni et correccioni dissensionis huiusmodi aliis arduis et inevitabilibus nostris et nostre Pataviensis ecclesie prepediti negociis ad presens ipsi intendere non pos[sum]us, ut vellemus, quare devocioni et circumspeccioni vestrae in virtute sancte obediencie precipimus firmiter et districte, quatenus dictum monasterium Lambacense semota dilacione qualibet personaliter accedentes et ibidem in et supra premissis diligencius in[quir]entes ea, que ex eadem inquisicione vestra correccione et emendacione digna reperta fuerint, vice et auctoritate nostris corrigatis et emendatis necnon culpabiles et rebelles iuxta modum culpe et excessum regulari censura percellatis (percelletis) non parcendo rebellibus ob suam pertinaciam vel potenciam amicorum, quin excessus ipsos animadversione punatis debita et taliter, quod alii a similibus de cetero retrahantur. Datum Wiene die XXIII mensis februarii, anno domini M^occc^oLXXVII^o. Volentes igitur mandato domini nostri venerabilis supradicti, ut tenemur, humiliter obedire locum prefatum personaliter accessimus, plures dominos abbates et discretos viros alios convocantes obiecta utriusque partis domini abbatis Lambacensis ac sui conventus preacti audivimus diligencia qua potuimus meliori, deliberacione habita correximus, emendavimus et pro reformatione omnium errorum ac regularis discipline ad consilium discretorum et canonicas saxonones personis culpabilibus publice et secreta iuxta circumstancias delictorum iniunximus penitencias salutare et pro emendacione regularis observancie cum abbatis preacti et ipsius conventus spontanea voluntate virtute commissionis nobis facte et propter unanimem consensum abbatis et [conv]entus predictorum eciam ab ipsis in nos translatum subsequencia statuimus in hec verba: Quod (Quot) dominus abbas debeat monachis suis omnibus de cunctis necessariis paternaliter providere ipsis donando de mane quatuor honesta fercula, scilicet olus cum buti[r]o et lacte bono vel caseo pro lacte et ordeum cum lacte et ovo pro qualibet persona uno lacte permixto aut caseo pro commutacione vel lactis defectu et pisces, si commode possunt haberi, alias pro piscibus frixum aliquod de ovis aut pasti[llam] et ova duo assa: pro cena vero

tempore suo caseatam (cascatas) cum butiro temperatam, aliquid frixum ut in mane duo ova et caseus quantum uniuscuiusque necessitas tunc requirit. Tempore autem ieiuniorum duo cibi piscium cum duobus linguminum [et alia] consolacione, si haberi potest, et de fructibus temporibus suis suos fratres paternaliter consoletur. Quater autem in anno puta circa festa beatorum Martini, Blasii, Philippi, Bartholomey ipsis in minucione in infirmaria cibis competentibus et quie[te iuxta] laudabilem observacionem aliorum monasteriorum huius ordinis de quinque ferculis provideat diligenter. Pietancias tempore anniversariorum, de quibus monasterium utiles habet fructus, et in festivitibus quinque luminum maiorum vel septem lum[inum] sine excessu et defectu copiosius tamen quam alia die tribuat competentes et in qualibet mensa per totum annum panis et vini regularis habundantia habeatur, et in collacione et meridie vinum prout docet observancia regule [ministretur. Sit eciam abbas sollicitus] in vestibus tribuendis: cucullam et duas tunicas pro anno et scapulare, pellicium pro byenio, stamina, mitras chorales et calcios filtratos ac simplices, caligas (calligas) et soccos cum aliis consimilibus necessariis provideat conceden[ter, Habe]at eciam cappas quatuor vel sex aut plures, si necesse fuerit, in loco communi pro fratribus extra monasterium dirigendis. De lectisterniis et aliis, quibus nocturno vel alio quocumque sanitatis aut infirmitatis tempore fratribus opus est, eciam cum pluris maxime [pro in]firmis abbas provideat iuxta monasticam disciplinam. Juvenes principaliter sibi committimus in cibo et potu et vestibus et aliis necessariis iuxta indigenciam ipsorum et ipsos valde foveat graciose. Vestes veteres aut alias inutiles [cum] omnibus fragmentis mense in cibo et potu ad abbatis commodum reportentur. Provisionem balneorum, cingulorum, clavium, corrigiarum, cultellorum, papiri et consimilium faciat regularem. De infirmis tam adultis quam invenibus in carnibus [et] aliis cibis eciam medicinalibus, si haberi possunt, et potu necnon balneis et aliis necessariis scilicet cura custodiencium, stupe calide et consimilium iuxta regulam in infirmaria curam habeat paternalem. Temporibus prandii et cene et aliis con[gruis] sicut in estate post prandium pro dormicione et semper post completorium et consimilibus fratres maneant sub clausura. In oratorio, dormitorio, refectorio iuxta regularem consuetudinem ab abbate et fratribus silencium continuum observetur. Esum carniū in refectorio semper vitent. Ad taxillas nullatenus ludant et convivia intra claustrum et extra et omnes abusiones sicut coreas et affabilitates mulierum eciam quarumcunque caveant seriose. Nullatenus sint alicuius proprii possessores nec [aliqu]id dent vel recipiant eciam amicis vel ab ipsis sine licencia sui abbatis, notabiliter expressiva. Strictissime mandamus, quod obedienciam faciant regularem et se mutuo in tali obediencia fraternaliter

confoventes, unus alium servicio preveniens caritativo, ut alter alterius onera portet, et sic observantes legem apostoli doctrinalem. Omnem ornatum sive excessum in vestibus, lectisterniis, equitaturis seriosius prohibemus. Nolumus eciam, quod abbas vel monachi umquam venentur aut venacionibus intersint, aut canes seu aves venaticos teneant intra vel extra monasterium, nec eciam paciantur aliquem familiarem sibi commorantem tenere eciam si sit nobilis vel exilis. (exil.) Volumus eciam, quod nullus fratrum sine consensu vel scitu abbatis clausuram regularum exeat eciam ex quacumque causa, maxime ubi in scandalum vel periculum monasterii verteretur. Ceterum nullus fratrum teneat arma de ferro aut ligno aut tela, que ex sui dispositione vel utentis abuseione in insidias hominum sunt concepta. [Suff]iciens eruditor pro iunioribus habeatur. Recepcioni ordinum ad voluntatem abbatis nullus recuset tacite vel expresse. Institores aut mercatores cum suis rebus et negociis in ambitu sive alias intra clausuram regularem penitus nichil agant. Penas transgressorum cum ceteris hic ommissis stricte committimus consciencie abbatis et observancie regulari seu constitutionibus regule sepe dicte. Ut autem preacta in perpetuo maneant robore et vigore presentes literas sigillo reverendissimi in Christo patris domini domini Alberti Pataviensis ecclesie episcopi, sigillis eciam honorabilium patrum et dominorum abbatum domini Ludwici¹⁾ in Maense et domini Marquardi²⁾ in Guenichk et domini Vlrici abbatis presentis monasterii Lambacensis et eius conventus necnon nostris sigillis mei Nicolay abbatis Gerstensis et mei Johannis plebani in Gmundna commissariorum predictorum et in signum maioris vigoris cum instrumento publico discreti viri domini Johannis plebani in Talhaim³⁾ publici notarii ad hoc vocati [specialiter] et rogati fecimus consignari. Datum in Lambaco anno domini M^{mo}.ccc.^oLXXVII^{mo} undecima die mensis marcii.

Sig. not.

Et ego Johannes dictus Schade de Ysleben,⁴⁾ presbiter Halberstadiensis diocesis, publicus auctoritate im[periali] notarius] parcium supradictarum convocacioni audicioni correccioni, statutorum pronunciacioni omnibusque aliis et singulis premissis unacum honorabilibus discretis viris et dominis

¹⁾ Ludwig Panicher, Abt von Mondsee 1375—1393). Vergl. Schmid, Beiträge zur Gesch. des ehemaligen Benedictinerstiftes Mondsee in Oberösterreich in den „Studien“ 1882, III. Jahrg. 2. Bd. pg. 288.

²⁾ Marquard II, Abt von Gleink in Oberösterreich (1373—1381). Vergl. Pritz, Gesch. der ehemal. Benedictiner-Klöster Gersten und Gleink, Linz, 1841, pg. 179.

³⁾ Thalheim bei Wels in Oberösterreich.

⁴⁾ Eisleben im Regierungsbezirk Merseburg, Preussen.

Vlrico¹⁾ priore, Rapoldo de Mense,²⁾ Fridrico Tumsinger³⁾ de Gersten, Vlrico Hinderholzer de Glaunkch,⁴⁾ fratribus ordinis sancti Benedicti. Nicolao de sancto Floriano, regulari canonico, Johanne de Pehemberg,⁵⁾ Johanne de Chemnaten,⁶⁾ Johanne de Munster,⁷⁾ plebanis, Martino vicario in Gmu[nden], Pataviensis diocesis et pluribus aliis fide dignis testibus, presens interfui, ea, ut premittitur fieri (fiei. Prandtner hat dieses Wort weggelassen) vidi et audivi, propria manu me subscripsi signoque meo solito et consueto signavi rogatus et requisitus in testimonium omnium premissorum.

Ephemerides

Rerum in Monasterio Mellicensi et in Austria nostra gestarum die 31. Julii anni 1741 usque ad annum 1746,

a P. Hieronymo Pez, Bibliothecario Mellicensi, conscriptae

et a P. Vincentio Stauffer, ejusdem Bibliothecae Praefecto, editae.

(Continuatio, vide fasc. III. h. ai. pg. 232—239.)

E novis Gallicis: Hispani, qui hactenus prope Niza et Villafranca cum Infante Hispanico Don Philippo irrumpere tentarunt in Pedemontium, Mediolanum, Parmam et Placentiam per provinciam et vallem Barcelonitanam pergentes tandem 2. Septembris in Sabaudiam irruperunt contributiones et subjectionem totius Ducatus exigentes, quae causa fuit ut Rex Sardiniae reditum celerrimum cum suo exercitu pararet, subventurus Sabaudiae. Item scriptum fuit ex Toulon, et quod sub hac irruptione Hispanorum in Sabaudiam lateat mysterium. Berolino scriptum 4. Septembris, quod Rex Porussiae etiam ceperit nostrae Reginae Jaegerndorf.

Vienna scriptum ex iisdem novis Gallicis, nostrum Comitem de Königsek convenisse cum Mareschallo Bellislio Gallo in hunc modum, ut omnes Galli (excepto ipso Bellislio et Broglio, se nobis dedant captivos, eosque duos convivantes in tabula inter tormenta bellica, tum Gallica, tum nostra Austriaca, et quod Bellisle hanc propositionem rejecerit, dicens, se cum suis malle perire, quam tam ignominiosam acceptare conditionem, et quod post discessum utriusque rursus tormentorum explo-

¹⁾ Wahrscheinlich Prior Ulrich von Kremsmünster. Er wird beurkundet in der Verbrüderungsurkunde des Stiftes Seckau mit Kremsmünster dd. Seckau 13. Jänner 1372. Vergl. Urkundenbuch des Landes ob der Enns VIII. 630.

²⁾ Mondsee.

³⁾ Wohl identisch mit jenem Friederich, der im Auftrage des Abtes Eberhard die Annalen fortsetzte und als Pfarrer von Steyr zum Bischofe nach Passau gesandt wurde, um die Wahlbestätigung des neuerwählten Abtes Nicolaus I einzuholen. Vergl. Friess I. c. pg. 21 u. 22.

⁴⁾ Gleink.

⁵⁾ Behamberg bei Steyr.

⁶⁾ Kematen bei Kremsmünster

⁷⁾ Altmünster bei Gmunden.